ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Perillustri viro ac Domino
D. Constantino Hugenio, Zulichemi toparchæ etc. domino meo
S. P. D.

Non equidem vel per somnium cuderem inquiam, per-illustris vir ac domine, viro et doctori nostro, et jam quoque amplissimo, (uti minutissimo objicere) quicquam vel per jocum tendenti, ac omnibus adeo posthabitis ei quod ille vult, quod oportet explorare labori ejus meo paretur transscriberem, sed quoniam tua patris benignitas per medium latius petitur; quoniam cum mihi indecorum dicit, tibi dicit, quoniam ubi mihi et tibi adversatur, quoniam fratribus malo exemplo, quoniam studijs et suis remora non fabulosa, et alicuius impedimento est sua, non dicam hodie pertinacia, sed obstrependi, sed reluctandi, sed nolendi quod ego velim consuetudine, et exceptionibus, et replicationibus, et duplicationibus, et triplicationibus (agnoscis stilum disputatorum) si quid injunxerim minus ad stomachum, finem nullus facit, vapulante interim, cui obtemperari semel et toties tamen etiam post voluisti, dicto meo aut interdicto, obstantibus studijs simul fraternis, simul perdentibus suis: illo omnia vacuando, non nimis quidem illud doctoraliter metiente, me juxta tecum non minus utili. Me ita patrem imperasse affirmante, negante illo, aut tergiversante, quicquid explicem tener quater, et iterum, quicquid inculcem et digito demonstrem qua possum pro mea sapientia, tamen tergiversante usque cavillante, cum autem aliud aliquid quod vicem propositi et rejecti suppleat apportanti, nisi admodum ad palatum sit, obnitente aut, dum simulat se in eo esse, interim nugas agente, quoniam conventum ad hæc talia prohiberi demum, neque reddere ea atque ordine fidei sequentibus ostendo, et verba fundo, si levissime dicam, parum attento, si severissime et verissime, animo utroque peregrinanti, flocci logos facienti; ne longior sim, id unum te nunc peto, scire liceat,

utrum ex tuo domini mei et parentis sui placito, an illius sive Ludovici, quasi tu dicas viri doctoris et Amplissimi, imperii inconsulto vivendum deinceps sit, et mos gerendus huic, quanquam nondum Thaidi. Ut, si hoc videatur duci possit, quo noluerit non sit trahendus. Sane (testor fratres prudentes et ipsum appello) tanta utor lenitate, tot blandimentis, adhortationibus, monitis tot addo, quæ movendo homini vel maxime vel unice comparata, precibus, obsecrationibusque, postremo tanta spreco indulgentia, ut plane quid ultra, si quid restet, propellendo aut permulcendo heroi, non constet, non liquet mihi [illegible] sed profecto (utinam fallar fallerem) omnino

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 33
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0343

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

omninò iracundus, inexorabilis est, facilis est monitoribus in melius
ubiubi opinionem de se aliquam in deterius praeconceperit. Enimve-
rò non est ingenuitatis meae accusare quemquam, ne erit unquam
cum, quem, ita me Deus amet, amo, qui, si scapham scapham
appellare tandem volumus, facile admodum est, et potius, cum
id aetatis sit, quia malitia non peccatur sed ἀβλεψίᾳ, excusandus
videatur, verum in illa tua voluntate, in hac sua, in mea
apud eum habita nihili, vides quid mihi fuerit officij, quando
Doctori non visum agnoscere quid sit sui, quando non visum
agnoscere, si quando demonstrem quid sit Licentiati Brunonis
in Doctorem iuris. Vale Perillustris vir
ac Domine.

Hagaecom. VII. Kal. Sextil. CIƆIƆCXLI.

Per Illustri Amplitud. tuae
cliens devotissimus

Henricus Bruno.

iuos
maxt
m
im
dis
da
endo
onis
dos

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 33
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0343

Mijn Heer,

Mijn Heer van Zuilichem etc.

In't

Leger.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 33
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/n0343